

173.

X 1975210

Ve  
1881

C. B. D.

DISPUTATIO SECUNDA

AD

UNIVERSUM JUS

JUDICIARIUM COMMU-

NE ET SAXONICUM

ACT, PROCESSUALES MIXTOS CONTINENS

QVAM

PERMISSU SUPERIORUM

PRÆSIDE

D. JACOBO BORNIO,

SOLENNITER DEFENDET

JOHANNES PHILIPPUS Müller/

LIPSIENSIS.

AD.D.XX.APRIL,A.O.R. M.DC.LXV.

LIPSIÆ,

LITERIS COLERIANIS.

*J. J. Schulze*

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

52





V I R I S

*Maximè Reverendis, Magnificis, Nobilissimis, Amplis-  
simis, Excellentissimis, Clarissimis.*

DN. CHRISTOPHORO  
BULAEQ, S. S. THEOL. D.  
famigeratissimo, Serenissimi E-  
lectoris Saxoniae in Consistorio  
Supremo, quod Dresdae est, Con-  
siliario, Pastori Dresdensium ac  
vicinarum Ecclesiarum Su-  
perintendenti Vigilantis-  
simo &c.

DN. CHRISTOPHO-  
RO WILDVOGELIO, Se-  
renissimo ac Potentissimo Ele-  
ctori Saxoniae rerum Feu-  
daliū & judicialium Se-  
cretario gravissimo.

DN. GEORGIO TOBIÆ  
SWENDENDÖRFFERO, Jcto  
longe celeberrimo, Facultatis Ju-  
ridicæ in Ac. Lipsiensi Ordinario,  
Decretalium Prof. Publ. Dica ste-  
rii Provincialis Supremi Asses-  
ori, Canonico Martisburgensi, A-  
cademiæ Decemviro & Subseni-  
ori, Collegii Pp. Maj. Collegiato,  
ejusdemq; & Bavaricæ Na-  
tionis Seniori &c.

DN. CHRISTIANO FRI-  
DERICO Grandenstein/ L. L. &  
Histor. in Alma Lipsiensi P. P. Maj.  
Pp. Collegii Collegiato & h. t. Præ-  
posito, Al. Elect. Ephoro nec  
non Academiæ Decemvi-  
ro &c.

*Patris p. m. Amicis & Fautoribus honoratissimis*  
Suis autem

*Dominis, Patronis, Mæcenatibus & Promotoribus*  
Opt. Max.

Hocce suum Exercitium Academicum

Seq; & studia sua spesq; omnes commendat  
Quemq; parenti declararunt affectum prolixissimum  
in se quoq; derivari orat & exorat

JOHANNES PHILIPPUS Müller/ Lips.  
Respondens.



*Furium Studiosissimo*  
DN. JO. PHILIPPO MULLERO.

suo. S.

D. JACOBUS BORNIVS.

**E**Gregios tuos ausus & gratulor tibi, & commendo patriæ; salubriter enim res tuas juvas, qui postquam in privatis scholis Jurisprudentiæ gnaviter instructus es, ipse quoque nunc publicè in eadem tyrocinium præstare instituisti. Nihil est, quod magis Jurisperito apud maximos æque atque minimos conciliare gratiam contulerit, quam si & fandi copiâ promptâ & generosa intrepidâque mente multum valeat: Enimvero ad hæc vix aliter juvenes assuefiunt, quam si in publico ritè exerceantur. Theses autem tuæ paucis multa dicunt, & quæstiones planè confragoras, ut dicunt nostri, habent, indeque & in disputandis istis labor gravior, & ubi palmam tuleris, gloria erit exquisitior. Macte industria tua, ut quæ nunc in cathedra tractas, propediem intra tribunalia in ipsis rerum argumentis aut advocando aut judicando experiare, id quod & spero & opto, & quantum interest atque possum, juvabo. Deproperabam Lipsiæ d.

15. April, 1665.



**P**hoenicem vivâ reparare ex morte juventam,  
Et proprio nasci ex pulvere fama refert.  
Fabula quippe refert. Phoenix mihi filius ille est,  
Qui non dissimile est Patris agalma sui.  
Euge, PHILIPPE, patris preme sis vestigia magni,  
Vivat ut ille Tuo in nomine & ingenio.  
Alea jacta fiet. Si sic perrexeris ultra,  
Et Patris & patriæ nobile germen eris.

*Gratulabandus scribebat Ornatissimo Dno. Re-  
spondenti in filij locum dilecto*

*Christian Fridericus Franckenstein.*

**S**ie **JHEMJS** sahe dich / **HERR MÜLLER** /  
also embsig /  
Sie sahe dich auch eilen  
Zum **PERND** hin /  
Wo ihr **REHE** mit Ruhm vertreten wird;  
Drauff sagte Sie: Nun / laßt mir diesen gehen /  
Dieser wird bestehen!  
Er hat des Vaters Geist / des Vaters hoher Sinn /  
Der ist / der ihn so führt;  
Kunte **JNER** nun vor weisen  
Recht mit Verwunderung die hohen Sterne rühren /  
Also wird man diesen auch sehen die Prozesse führen.

Seinem vielgeehrten und brüderlichen Freunde zu Ehren  
setzte dieses in Eil

**M. Johannes Stohr.**







## Lector Benevole,

**N**on ita pridem est, quando Commilitam quispiam, Juris, quod Judicia ordinat, in Synopsin redacti partem satis amplam sub moderamine Domini Præsidis examini publico in vicem Disputationis Academicæ proposuit. Verum, cum opus isthoc nondum adfectum, & materies tamen Exercitationis publicæ non ingrata sit, ipse quoq; ut continuari idem facerem, laborare volui. Exhibentur ergò hac vice actus Processuales illi, quos mixtos vulgo dicunt Doctores, & qui scilicet modò in præparatoriis judiciorum sunt, modò iudicio insunt, aliquando etiam in sequentibus exercentur. Tales sunt Litis Reassumptio, Interventio, Litis denunciatio, Reconventio, Juramentum calumniæ, Contumaciæ accusatio, & Interrogationes. Tu conatui fave.

### Thesis I.

Reassumptio litis & processus, quæ contra intentionem legum civilium, A. usu forensi & beneplacito Pragmaticorum adinventæ, B. est actus, quo post excessum C. alterutrius litigantium D. quocunq; iudicii tempore is contingat, E. heredes ejus processum & litem in statu, quò defunctus reliquit, F. assument, forma & ratione procedendi istâ, ut, cujus continuari processum potissimum interest, terminum ad reassumendum, aut reassumi videndum præfigi petat, atq; tum in termino ipso qui reassumpturus est, semet herede probato, dicat se in eo ipso statu litem à defuncto relictam velle reassumere, quo facto iudex super reassumptione an legitimè facta sit, nec ne, pronunciat

A

G. Et



**G.** Et hujus reassumptionis hodieq; tam in foro Imperii communi, quàm Saxonico, usus est. **H.**

- A.** A. Secundum quas instantia in causis civilibus semel capta morte litigantium non extinguitur, sed activè & passivè in heredes transit, *l. 33 d. fidejuss. l. 78. §. pen. ff. ad SCT. Treb. l. 34. ff. de jud. l. 58. de O. & A. Dn. Carpz. l. 3. Resp. 24. n. 1. & seqq in Proc. T. 6. A. 4 n. 1. it. p. 1. c. 11. d. 16. n. 1. Dec. 36. n. 1. Berl. p. 1. concl. 27. n. 1. & ibi alleg. Dissentit Alvar. Valascus Consultat. ac Rer. in Lusitan. Regn. jud. 38. n. 1. ex pravo intellectu quem confingit Gl. in l. 191. ff. d. R. J. l. 23. C. d. Procur.*
- B.** B. Dn. Carpz. p. 1. c. 11. d. 16. n. 3. Berl. d. concl. 27. n. 3. qui usus post tam Recessu Imperii d. Anno 1600. §. Nach dem aber ic. quàm Lege Provinciali Sax. in O. P. t. 17. fuit comprobatus.
- C.** C. Dn. Carpz. Proc. t. 6. A. 4. n. 7. & p. 1. c. 20. d. 18. n. 2. Berl. p. 1. concl. 27. n. 17. Boc. Cl. 6. d. 32. th. 37. Gail. 1. O. 109. n. 5. mortem autem intelligimus naturalem, non civilem, quæ hodiè fortè Banno contingit, nam per hoc Bannitus omnia jura perdit O. C. p. 2. a. 9. Abdicante quoq; feudum, & cum hoc processum circa feudum motum, vasallo, simultaneè investitos, qui ad feudi occupationem & ipsam litem motam admittuntur, etiam reassumere tenere processum liquet ex præjudicio Cam. apud Barth. d. An. 1522. 19. Mart. lit. H. j. Vultej. d. Feud. L. 1. c. 11. n. 155. & ibi alleg.
- D.** D. Sive actor is fuerit sive reus Berl. p. 1. concl. 27. n. 17 Dn. Carpz. Proc. t. 6. A. 4. n. 7. & p. 1. c. 20. d. 18. n. 2. Gail L. 1 O. 109. num. 5. De reo. in specie vid. Valasc. consult. 38. n. 1. idem est, si plures fuerint sive Actores, sive Rei, & unus demoriatur. Berl. d. l. n. 18. etiam si illi omnes unum actorem aut mandatarium dederint. Jac. Schult. p. 2. q. 52. quod si verò Syndicus civitatis sit constitutus, licet major pars eorum, qui constituerunt, moriatur, reassumptione processus opus non est, quia universitas semel constituta in uno etiam sustinetur. l. 7. §. 2. quod cujusq; univers. Moriente procuratore, an reassumptione opus sit, quæstionis est ambiguae, & non esse quidem ex usu fori nostri testis est Dn. Carpz. l. 3. Resp. 24. n. 36. & in Proc. t. 5. A. 4. n. 37. Berl. p. 1. concl. 27. n. 27. itemque de praxi Gratianopolit. asserit Gvid. Pap. dec. 86. n. 8. Contrarium tamen sec. fundamentum juris tuetur Forster. in proc. jud.



*jud. Cam. t. 34 p. 975. Rodinger in novd. Cam. L. 3. t. 4. n. 35. Rudg. Ru-  
land d. Commiss. L. 2 c. 5. n. 4. quorum sententia defendi potest ex  
l. 23. C. de Proc. & nisi ur Recess. Deputat. de Ann. 1600. §. würde aber  
einer in causâ jam pendente &c. Moriente Tutore & Curatore  
tam minoris, quàm bonorum, aut hereditatis, jacentis reassum-  
ptio cessat, Dn. Carpz. in Proc. d. l. n. 42 & seqq.*

E. Scil. si moriatur quis ante litem contestatam, (dum-  
modo citatio jam impetrata & unicq̄ minimū terminus habitus fu-  
erit.) *Dn. Carpz. in Proc. d. l. n. 15. & seqq. p. 1. c. 1. d. 16. n. 6. & seqq. Rcess.  
L. 3. R. 24. n. 16. Recess. Deputat sub Dat. Speier 1600. §. Nachdem auch  
O. P. S. t. 17 Berl. p. 1. c. 27. n. 6. Grav. ad Gail. L. 1. concl. 109. cons. 2. n. 2. si-  
ve post litem contestatam, non tantum usq̄; ad causæ conclusionem  
Gail. l. 1. O. 109. ibiq̄; Grav. Dn. Carpz. p. 1. c. 11. d. 16. n. 7. & in Proc.  
d. l. n. 22. it d. R. n. 16. verum etiam post conclusionem in causâ.  
Dn. Carpz. Proc. d. l. n. 22. & Resp. d. l. n. 25. Berl. d. concl. 27. n. 8.  
quamvis usus Cameralis hic diversus esse videatur Gail. l. 1. O. 109.  
n. 3. ibiq̄; Grav. Danais. sub. Rubr. citatio ad reassumendum Roding.  
l. 3. tit. 4. n. 35. p. m. 498. Recess. deputat. d. Ann. 1600. §. Nach-  
dem auch. cujus discrepantiæ ratio forte ea est, quod in Camera  
regulariter Citationes ad audiendam sententiam usitatae non sint,  
nisi in causis fractæ pacis, L. diffamari, restitutionis in integrum  
Mynsing. Cent 4. O. 33. Gail. L. 1. O. 51. n. 10. Blar. ad L. diffamari c.  
6. n. 4. Imo amplius necessaria est reassumptio post sententiam,  
ante tamen executionem Dn. Carpz. p. 3. dec. 244. & in Proc. d. l. n.  
30. & seqq. ubi tamen usus Camerae iterū quodammodo discrepat  
vid. Gail. L. 1. O. 109. n. 3. Danais. voc. Citatio. Roding. all. l. quem  
sequitur usus fori Gallici V. Matth. & Ranchin. in not. ad Guid. Pap.  
dec. 86. & Papon in tit. de la reprise d' un procez. arrest. 2.*

F. Perea, quæ jam dicta sunt.

G. Vid. Berl. d. concl. 27.

H. Visum equidem multis est hodiè tam in Cam. Imper. H.  
propter Recess. Imp. d. Ann. 1654. quàm in Foro Sax. propter  
Rescriptum Elect. de Ann. 1655. reassumendi Processus necessi-  
tatem fuisse abolitam, quod inibi mandata subinde simul in hære-  
des dirigantur, atq; sic etiam postmodum processus ipso jure sine  
reassumptione transeat, sed observandum hic erat, & constitui-  
onem



onem d. Recess & prælaudatum Rescriptum Electorale Sax. peculiare esse, & de unico casu loqui, & in uno quoque casu effecisse, ut declinari possit necessitas reassumendi, scilicet si per procuratorem quis acturus ex necessitate legis inseruerit mentionem hæredum. Atque sic ergò 1. necessaria hodieque est reassumptio, si partes ipsæmet, non per procuratorem, agant in iudicio; Observat hoc autor notar. ad *Roding. L. 3. A. 35. §. in causis antiquis.* 2. Necessaria etiam est reassumptio in causis antiquis, in quibus ad conclusionem res nondum pervenit, & ubi procuratorium fortè, quæ hodiè requiritur, ab exordio litis non fuit productum secundum quod pronunciasse Dn. Camerales d. 8. Jan. 1657. accepimus. 3. in causis etiam novis si legitimum mandatum non fuerit productum, & desuper cautio de rato habendo fuerit interposita, quandoquidem hæc ipsa cautio non potest facere, ut transeat (usu scilicet fori stante) ipso jure processus. 4. Casus in quo hodieque reassumptio necessaria est, potest esse, quando Curator mulieris solus auctorem constituerit, hic enim moriente Curatore cum nec heredum in actorio fieri potuerit mentio, nec etiam hic transeat ipso jure processus, reassumptio exigitur, id quod pronuper in superiori Parlamento Electorali Dresdensi pronunciando jussum fuisse intelleximus.

Thesis II.

Interventio est actus, quo duobus aut pluribus invicem litigantibus tertius A. propter interesse suum B. quod in continenti probat. C. liti D. quacumque in iudicii parte E. se immiscet F. Fitque vel principaliter vel accessorie G. Principaliter fit, quando tertius non juvandi alterutrius ex litigantibus gratia intercedit, sed tantum proprii interesse ergò, & ut excludat alterutrum litigantium, idque de quo lis est, sibi asserat vel in totum, vel in tantum H. Accessorie, quando ideò tertius accedit, ut adsistat uni ex litigantibus, interesse aut commodi per consequentiam ad se redundantis tuendi ergò. I. Effectus prout vel principalis est vel accessoria discrepat; Nam si accessoria est, manet lis coepta in  
pta in



pta in eodem statu, nec per interventionem suspenditur, sed tenetur interveniens litem in statu, quo est, omninò assumere K. quod si principalis est, & cursus litis sufflaminari potest L. & novus quasi processus formari debet. M.

A. Scil. omnis, quem supra standi personam in judicio habere dictum est, vid. Berl. p. 1. concl. 25. n. 4. A.

B. Can. non solent causa 2. quæ 6. quæcunq; illud sit, scil. five directò, five per consequentiam intervenientem concernens vid. And. Rauchb. p. 1. q. 27. ubi exemplum interventionis susceptæ in lite, quæ à domino cogere volente subditos ad hoc, ut à se solo cerevisiam emerent, erat mota ab eo, qui cauponam vicinam habebat j. Gravett. de antiquit. temp. part. 4. n. 7. cum seqq. B.

C. Cap. 38. extr. de testib. & quidem saltem summarie Mynsing. O. 1. n. 3. & seqq. & vel saltem per unum testem d. l. j. O. P. E. Sax. t. 15. vers. Doch daß der Intervenient &c. nisi de interesse tali liqueat, interveniens aut omnimodo removeri cap. 2. de proc. in 6. l. 16. ff. de App. Gail. l. 1. O. 113. n. 12. Obs. 69. n. 5. O. 70. n. 20. aut juramentum calumniæ eidem injungi potest. d. O. P. Loc. cit. vers. Derowegen ihme denn. C.

D. Cuicunq; five civili, five criminali, civiliter tamen pro alicujus interesse intentatæ Gravetta Cons. 14. n. 2. Grav. L. 1. concl. 70. n. 3. Berl. d. concl. 25. n. 10. D.

E. Potest enim intervenire tertius tam in primâ quàm in secundâ instantiâ l. 4. §. 2. l. 5. pr. de Appell. c. 17. extr. de re jud. O. P. E. S. d. l. vers. Nachdem auch. Atq; sic nihil interest, five interventio fiat ante five post litis contestationem Gail. L. 1. O. 70. n. 4. Ex Olrad. consil. 255. n. 4 & quidem si principaliter alicujus interfit, integrum ipsi est, etiam post sententiam latam intervenire, & à sententia inter alios latâ appellare, l. 4. l. 5. pr. & §. 1. l. 14. ff. de App. l. 20. C. de Ev. c. 15 extr. de offic. deleg. Rauchb. p. 1. q. 27. n. 12. Gail. L. 1. O. 70. n. 14. Imò amplius & pro executione impedienda post rem judicatam jus & interesse suum ostendere licet c. 38 extr. de Testib. & ibi Dd. E.

F. Sive volentibus illud litigantibus fiat, five minus l. 2. §. 1. qn. appell. l. 4. & §. 5. de Appell. l. 19. C. de lib. caus. Grav. p. 1. concl. F.



70. n. 12. O. P. E. S. d. l. vers. Obs ihm gleich ic. & quidem non tantum coram iudice ordinario, verum quoque delegato arg. tt. ff. de quib. reb. ad eund. iudicem eatur, quamvis commissio de admittendo tertio nihil contineat Jacob. d. Put. dec. 166. L. 3. Berl. d. concl. n. 17.

G. G. Atque hæc distinctio summa est hujus tractatus post Dd. alleg. Covarruv. L. 2. var. qu. 13. & 14. n. 4. Bachov. ad Trent. V. 2. D. 23 th. 5. l. E. vers. quid sit tertius. omnesque ad eam interventionis effectus referri posse arbitratur Græv. L. 1. concl. 71. n. 2. facit l. 57. d. R. U.

H. H. Dd. vocant interventionem ad excludendum v. Bachov. d. l.

I. I. Dd. vocant interventionem ad assistendum Bachov. ibid.

K. K. Cap. ult. ut lit. pend. in 6. Clem. constitutionem d. Election.

O. P. E. S. tit. 15. vers. Dem Proceß allerdingß quem textum Ord. Proc. ut & ita exaudiendum maximè esse credimus de interventione accessoriâ. v. Berl. d. concl. 29. n. 59. Gail. L. 1. O. 71. Rectius etiam est, si reassumptionem hanc processus non solennem interpretamur, sed talem, quæ ipso factò fit Dn. Carpz. in Proc. t. 4. A. 2. n. 9. & 10.

L. L. Bachov. ad Trent. V. 2. D. 27 th. 5. L. E. Menoch. conf. 488. L. 5. ita nimirum, ut executio post rem iudicatam etiam impediri queat. v. sup. L. E. inf.

M. M. Bachov. c. l. Cæterum de articulis interventionibus & formulis in interventione usitatis non pigebit consuluisse Rosbach. in proc. Civ. L. 47, & Gilhaus. Arb. jud. c. 5. R. 3. n. f.

### Thesis III.

Litis denunciatio definitur, quod sit Actus A. quò is, qui rem habet ab altero B. ex causâ, in quâ præstanda est evictio C. & ejus, quod iudicio pulsatur D. evictionem metuit, aut ori suo E. hoc legitimè F. notum facit, ut adsit, & vel secundum legis dispositionem, vel conventionem, coram eodem iudice, quò ipse pulsatus est, adversus eum qui litem movet, defendat G. quo factò denunciatus quidem lite non eximitur, H. illud tamen impetrat, ut ei, re evictâ, omne damnum à denunciato restituatur.

A Con-



A. Consideratur scilicet hic, ut actus judicialis & processus. A.  
alis, non ut jus pariens actum.

B. Dummodo non sciens rem alienam emerit, tunc enim, B.  
nisi promissa ei evictio fuerit, de evictione agere non potest,  
& ob id quoque; frustra litem denunciatur l. 27. l. pen. C. de Ev. Sicut  
& à Judæo rem emens, si conveniatur à tertio, litem denunciare  
non potest, sec. Landv. L. 3. A. 7. Weichbild Art. f.

C. Sive ex dispositione legis, sive ex conventionem; Ex C.  
legis dispositione præstanda est evictio in emptione venditione  
t. t. de Ev. l. 1. ff. de peric. rei vend. l. 6. C. de Ev. Permutatione l. 29. C.  
de Ev. l. 1. C. de Rer. perm. Datione in solutum l. 4. C. de Ev. Com-  
munium rer. & hereditatis divisione l. 1. 7. C. Comm. utr. jud. l. 66. §.  
ult. ff. de Ev. l. 14. C. Fam. Ercisc. locatione Conductione l. 9. pr. l. 13.  
§. 7. ff. locat. In transactione, sc. quando evincitur res, quæ trans-  
actionis nomine data est l. 33. de Transact. Dn. Carpz. l. 3. Resp. 18.  
Berl. p. 1. concl. 24. n. 45. & seqq. Feudo, l. 2. Feud. t. 8. pr. de invest.  
de re aliena. Cessione nominis, quoad veritatem, non autem  
bonitatem ejus l. 4. ff. de hered. vel act. vend. Dn. Carpz. p. 2. C. 34.  
d. 26. Berl. d. l. n. 50. dotis datione l. 1. §. 1. & de R. U. A. l. 1. C. de jur. dot.  
ubi Sich. Richter dec. 36. n. 33. & c. non autem in donatione simplici  
l. 18. §. 3. de donat. j. l. 32. ff. de Edil. Ed. nec in Legato Speciei ab  
herede præstito l. 45. §. 1. l. 71. §. 1. ff. de Leg. 1. l. 29. §. 3. de Leg. 3.

D. Antequam enim in judicio quis convenitur, alteri D.  
quoque; litem denunciare non potest l. 20. l. 14. l. 24. C. de Ev. l. 18. §.  
1. ff. de per. & commod. rei vend.

E. i. e. illi, à quo causam habet reus conventus l. Pompo- E.  
nius §. cum quis ff. de A. P. & quidem qui immediatus est vid.  
Card. Tusch. concl. 353. n. 7. 8. l. c. Illud nil refert, sciat auctor litem  
moveri, nec ne, l. 56. §. 4. ff. de Ev. Præsens sit in judicio an non,  
l. 55. §. 1. ff. de Ev. l. 23. C. eod. nisi fortè ultrò compareat ad defen-  
dendum vid. Dn. Carpz. L. 3. Resp. 16. imo si quis defensurum ju-  
raverit, adhuc litis denunciatio est facienda arg. c. 1. §. ad hoc L. 2.  
Feud. 28. & 2. feud. 27. in f. l. ult. C. de non num. pec. c. 25. ext. de ju-  
rejur. Quod si plures sint auctores, non uni, sed omnibus facienda  
est denunciatio l. 62. §. 1. de Ev. Gail. 2. O. 14. id quod procedit  
quoque; quando plures sunt auctoris heredes l. 51. §. 1. l. 62. §. 1. ff. l.



§. l. 13. l. 23. C. de Ev. Berl. p. 1. concl. 24. n. 32. vel fideiussores quib. quid. non necessario facienda est denunciatio, fieri tamen potest si quis velit l. 78. C. eod. Hereditate nondum aditâ in domum hereditariam, aut hereditati jacenti denunciandum est *Castrens. conf. 240.*

F. Legitimè ut denunciatio hæc facta esse possit dici, requiritur, ut facta sit 1. judicialiter, & autore Prætoris l. 7. 8. C. *quomodo & quando jud. c. 6. extr. de dol. & contum.* Non extrajudicialiter, nisi ut etiam extrajudicialiter fieri posset, fuerit conventum arg. l. 29. C. *de pact.* 2. Modo legitimo sc. vel nudâ imploratione, maximè quando ad evictionem præstandam autor sese obligavit, vel solenni etiam libello, potissimû si dubium sit, locumne habeat denunciatio, & utrum præstari debeat evictio; verba autem: *Jch wil dtesem oder jenem litem denunciiret haben/* satis tuta non sunt, vid. *Mascard. de probat. concl. 615. n. 8. 10. Marant. p. 6. m. 5. 3.* Tempore justo, ubi nihil refert, num ante an post litis contestationem fuerit facta l. 29. §. f. l. 53. §. 1. ff. *de Ev. l. 20. C. eod. O. P. S. t. 14. pr. ibi, es wäre gleich vor ic. 4.* Illud quoque Jur. El. Sax. necessarium est, ut quando denunciatus ad denunciationem factam citatur, quod fit sumptibus citantis, ipsi quoque copiam tam actionis motæ, quam documentorum si quæ allata sunt, transmittantur O. P. d. l. *Dn. Carpz. p. 1. c. 3. d. 23.*

- G. l. 29. §. ult. l. 62. §. 1. l. 74 §. 2. ff. *de Ev. O. P. d. l.*
- H. O. P. tit. 14. §. würde aber ic. *Dn. Carpz. L. 3. Resp. 20.*
- I. l. 17. C. *de Ev. Dn. Carpz. d. L. 3. Resp. 15.*

#### Thesis IV.

Litis denunciationi affinis est, minimè tamen cum ea confundenda, Nominatio Autoris, quæ introducta ab Imperatore Constantino, A. post jure Can. B. & etiam Electorali Sax. C. recepta, definitur, quod sit actus, quò reus actione reali D. conventus, ob rem E. possessam alieno nomine F. Dominum seu Autorem suum G. in judicio H. indicat I. simulque petit, ut ipse ex lite dimittatur, & in posterum cum ipso domino vel autore agatur K. A. in



A. in l. 2. C. ubi in rem act.

B. in c. ult. extr. ut lit. non cont.

C. in O. P. S. t. 14. §. würde aber/vers. es wäre denn.

D. d. l. 2. vers. per in rem, & c. non personali, nisi in rem scripta  
Um. disp. de reconvent th. 9. Hartm. P. 1. O. 85.

E. Sive mobilem, sive immobilem, corporalem vel incor-  
poralem, Sichard. ad d. l. 2. n. 6. Umm. d. D. th. 9. n. 38. Berl. p. 1.  
concl. 24. n. 118. dissentit Gloss. in d. l. 2. ad verb. immobilem.

F. d. l. 2. pr. non proprio, tunc enim lis est denuncianda  
l. 1. C. ubi in rem act. quod autem alieno nomine possideat, ab  
ipso probandum Sichard. d. l. n. 9. quod si contrarium probet  
actor, ad ipsum possessio transferenda, licet nihil probaverit.  
sec. l. f. d. R. V. Sichard. d. l. n. 9. 10. Joh. Bapt. Schwarzenthal. L. 1.  
Proc. jud. act. præp. 6. Hill. ad Donell. L. 28. c. 3. L. 1.

G. Sive præsens sit in eadem civitate sive absens d. l. 2.  
vers. ut sine.

H. d. l. 2. verb. in iudicio & c. & quidem ante litem conte-  
statam d. l. 2. & c. ult. ibi: statim & c. quod licet alii interpretentur  
de primo termino, rectius tamen accipitur de quocunq; , qui li-  
tis contestationem præcedit propter l. 25. ff. de R. V. & sic etiam  
statuit d. O. P. d. t. 14. in fin. & respondit Amplissima Facult. Jurid.  
Lips. Ann. 1661. Mens. Nov. in caus. Michael Scheidemans contra  
Jacob Classens Wittib zu Marckfleberg.

I. Scil. si velit, non coactè, verbum enim DEBET in d. l. 2.  
necessitatem innuit, non præcisam, sed consequentiæ, nimir. nisi  
condemnari velit, Hill. ad Donell. L. 2. c. 3. L. 1.

K. Quo ipso vel maximè differt à litis denunciatione,  
quæ denunciantem non eximit à lite, l. 1. C. ubi in rem act. Dn Carp. p.  
1. c. 3. d. 28. & L. 3. Resp. 20, d. O. P. t. 14. §. würde aber/ ic.

### Thesis V.

Reconventio est actus, A. quo Reus conventus  
B. actorem convenientem C. vicissim coram iudice  
eodem, coram quo ipse conventus fuit, D. durante con-  
ventionis iudicio, E. actione, ex quacunq; causâ com-  
petente, F. convenit G. quod ex singulari juris dis-  
posi-



positione ita procedit, ut licet aëtor primus iudici huic  
subjectus non sit, nihilominus tamen reconventioni  
respondere teneatur H.

- A. A. Scil. qvatenus spectatur totum reconventionis negotium  
B. B. Modò legitimam standi personam in iudicio habeat l. 1.  
C. C. qui legit. stand. pers. in iud. Vbi Cujac. & Wesenb. in paratit:  
cum qui agere non possunt, illis nec reconveniendi licentia data sit, &  
experiatur proprio nomine, nam procurator, tutor, Curator  
mandatario, tutorio & Curatorio nomine conventus non potest  
reconvenire adversarium ex causâ propriâ Dn. Carpz. p. 1. c. 7. d.  
6. Berl. p. 1. concl. 22. n. 12. cum seqq. P. Mognat. de reconvent. q. 12.  
C. C. Quisquis ille sit, ita ut procedat etiam I. in legato l. 2. §.  
2. ff. de iudic. nisi fortè injuriam, damnum, furtum, quod in ipsa  
legatione sustinuit, vindicet d. l. 2. §. 5. ff. de iud. ubi ratio. 2. in Clerico  
coram iudice seculari per l. 14. & auth. consequenter C. de sent. &  
interloc. l. 22 ff. de iud. cap. accusatores vers. cujus in agendo 3. q. 8. cap.  
dispendia 3. §. reus de rescript. in 6to. c. 1. 2. extra de mut. petit. Sichard.  
ad l. 14. de sent. & interl. Br. ad d. auth. C. d. t. Myns. cent. 2. O. 67.  
Gail. 1. O. 37. n. 6. Mogn. q. 32. Bocer. class. 6. D. 21. th. 19. Sebast.  
Med. d. comp. p. 2. q. 1. n. 9. nisi aut causa reconventionis sit spiri-  
tualis, tunc enim ex defectu jurisdictionis cessat reconventio vid.  
l. f. ff. de offic. Præf. Urb. Br. in d. auth. n. 9. Dn. Carpz. p. 1. c. 15. d. 4.  
aut laicus Clericum fortè dolosè in jus trahat, puta si injuriam  
vel damnum ipsi inferat, ut eò nomine coram iudice seculari a-  
gat, & sic iudicio alieno per modum reconventionis subjiciatur  
arg. l. 2. §. sed & si agant & c. vers. non tamen & c. de iudic. cap. relatū 21.  
§. ad hoc ext. de iure patron. aut sec. Socin. in c. 1. art. 5. n. 30. d. inut. per.  
& Clar. in Pract. crim. L. q. 36. n. 6. Clericus criminaliter reconve-  
niatur; quod procedere puto, si crimen sit Canonicum, & sic  
pœna Canonica infligenda veniat, propter ea quæ supr. Ampli-  
atur 3. in statu Imperii Austregas habente per l. 14. ff. de iuris-  
d. Ord. Cam. p. 3. tit. ult. l. 16. §. 4. ff. ad Sct. Treb. excepto uno casu,  
quem vid. in Ord. Cam. p. 2. t. 4. §. dieselbe & §. So denn die Par-  
thenen. Rosb. in proc. Jur. civ. t. 46. n. 13. & hoc est, quod pruden-  
ter monet Gisebert, tr. de reconvent. c. 8. n. 16. Reyger in Proc. iud.  
Disp.



*Dispo. 3. th. 28. ne commissarii Superiorum Statuum facile Dominis suis Autores sint de lite movenda coram inferiori iudicio. Ampliatur 4. in studioso, non obstante privilegio Auth. habita propter generalitatem textuum in l. 14. & auth. consequenter C. de sent. & interloc. l. 22. ff. de jud. Gisebert. d. tr. c. 12. Sicut è diverso oppidanus potest reconveniri à Studioso coram Rectore Gisebert. d. l. Sichard. add. l. 14. n. 5. Berl. p. 1. c. 22. n. 42. & c. Dissentit Richter in Expos. auth. habita C. ne fil. pro pat. qui usu receptum scribit, studiosum non posse reconveniri in alio foro p. 162, cum seqq. Ampliatur 5. in omnibus iis, qui forum privilegiatum habent Bocer. class. 6. Disp. 21. th. 22. 23. VVurms. in Exerc. Acad. 1. q. 14.*

*D l. 22. ff. de jud. l. 14. & auth. consequenter C. de sent. & interloc. 8. accusatores 3. q. 8. Illud nihil interest, an ordinarius sit an delegatus l. si idem §. 1. de iurisd. l. 14. C. de sent. & interl. Nov. 69. c. 2. c. 1. extr. de mut. pet. Sich. add. l. 14. n. 7. ubi ampliatur. add. Gail. L. 1. O. 35 n. ult. Gisebert. d. comp. c. 24. j. Dn. Carpz. Proc. t. 6. A. 3. n. 17.*

*E. cap 3. §. reus quoq; de rescript. in 6. non tantum ante litis contestationem Clem. sepè vers. verum d. V. S. verb. in ipso litis exordio. Verùm etiam post eam, c. 1. extr. de mut. pet. ibi. responsione facta j. c. un. de lit. contest. Sed tamen antequam in causâ concludatur Vldalr. Zas. L. 1. cons. 22. n. 3. & 6. Sichard. in auth. consequenter n. 6. 7. Coler. decis. 102. vid. can. pastorales 5. extr. d. caus. poss. & prop. Gail. l. 1. O. 107. scil. de jure communi, secus est de Jure Sax. ubi semper suspenditur causa reconventionis, usq; donec conventio est finita Const. El. 7. p. 1. O. P. t. 6. Finita autem dicitur, quando aut executio secuta, aut aliàs plenè actori satisfactum est d. t. 6. in O. P. Dn. Carpz. p. 1. c. 7. d. 16. ita quidem, ut non liceat reo reconventuro pecuniam, in quam condemnatus est, deponere, depositamq; arrestare O. P. d. l. in f. pr. Dn. Carpz. d. l. d. 18. nisi reconveniendus non possessionatus sit, aut cautionem de solvendo in casum succumbentiæ præstare nequeat. Dn. Carpz. d. l. d. 19. O. P. t. 6. v. Es were denn ic. Excipiuntur saltem causæ injuriarum connexæ, ubi reconveniens ante reconventionem finitam usq; ad litis contestationem inclusivè agere potest O. P. S. d. t. 6. circa f. Carpz. d. l. d. 13. nisi eò ipsò se injuratum dicat, quod actione injuriarum pulsatus fuerit, atq; ob id*



reconvenire alterum injuriarum velit, neq; enim tunc usq; ad  
litis contestationem admittitur. *Dn. Carpz. d. l. d. 14.*

**F.** **F.** Locum habet reconventio in causis omnibus, nisi quæ  
nominatim excipiuntur, 1. tam realibus, quam personalibus,  
*d. l. 14. vers. daturum vel facturum &c.* quæ verba ad realem quoq;  
actionem pertinent, quia & reali actione conventus quodam-  
modo obligatus §. 5. *de except.* & debitor dicitur *l. 10. d. V. S. Dis-*  
*sent. Ant. Fab. L. 20. conj. 8.* 2. Tam civilibus, quam criminalibus  
(ubi proprio nomine anticategoria audit) per *l. 1. 19. C. d. his qui*  
*acc. non poss. d. l. 14. C. de sent. & in terl. sive conventus criminaliter*  
*reconvenire velit civiliter, sive conventus civiliter reconvenire*  
*velit criminaliter v. Gisebert. d. tr. c. 16. n. 14. Molign. q. 61. Gail. O. 12.*  
*n. 16. Trentacinqu. L. 2. var. resolut. tit. de mut. pet. resol. 39. Tiber.*  
*Decian. tr. crim. L. 3. c. 4. Franz. l. 2. Res. 16. Bachov. ad Treutl. vol. 2.*  
*D. 25. th. f. Franciscus Cosunus singul. quest. crim. c. 1. n. 10. Niellus de*  
*S. Gemian. tr. de Bannit. p. 2. temp. 2. n. 70. cum seqq.* 3. Tam una  
quam pluribus *l. omnium 37. §. 1. verb. plures actiones intendat ad-*  
*versarius ff. de Proc. l. 12. ibi: excipere actiones ff. de jud.* 4. Tam  
summaria quam ordinaria, etiamsi utraq; non sint summaria,  
uti voluit *Speculat. in §. nunc dicamus n. 11. vers. sed non habet tit.*  
*de reconvent. vid. Ernest Cothm. cons. 17. n. 65. vol. 1. Trentac. L. 2. var.*  
*resol. tit. de mut. pet. Res. 1. n. 13. & causa vel suâ naturâ summaria,*  
*vel virtute commissionis, ut dist. Salyc. in auth. consequenter. vers.*  
*quæro item. sive reconventionis sive conventionis sit sumaria. uti*  
*dist. Parlador. quotid. rer. ult. p. 5. §. 11. n. 3. Ratio est, quia æquè pug-*  
*nat ratio d. l. 14. in sumario cum sumario, atq; in sumario cum*  
*ordinario, & deinde generalis est textus in Clem. sæpè §. verum d.*  
*V. S. t in l. sed & hæc 35. §. non solum ibi: in causa damni infecti le-*  
*cum habet, reconventio j. l. 37. d. procur. jam causa damni infecti*  
*est sumaria l. 1. ff. de damn. inf. Honded. Cons. 21. n. 26. vol. 2. §. Tam*  
*in ordinariis quam extraordinariis l. f. §. f. ubi Br. ff. de extraord.*  
*cognit. Sed an etiam in implorationibus officii judicis, dist. aut*  
*in modum actionis imploratur, aut in modum actus extrajudi-*  
*cialis, & per libellam supplicem, priori casu, cum in locum actio-*  
*nis succedat, admittitur reconventio l. pen. ubi Dd. ff. de his, qui sut*  
*vel al. jar. j. l. si quis, §. §. si. vel parens §. solent. ff. de agn. lib. po-*  
*steriori*



steriori casu, cum non cedat in locum actionis *c. 2. extr. de off. ae-*  
*leg. non admittitur. Giseb. d. tr. c. 13. in f. 6.* Tam liquidis quam  
 illiquidis *Modest. Pist. Illust. quest. p. 3. q. 117. n. 6. 7.* Tam conne-  
 xis, quam diversis scilicet *sec. jus commune l. si praeses 1. §. f. de var. &*  
*extraord. cogn. c. dispendia 2. §. Reus verbis obnoxium & c. de Rescript.*  
*in 6. Jac. Schult. O. 30. n. 14. Sichard. ad d. l. 14. C. de sent. & interl.*  
*Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 374. & 387.* Jure verò Sax. reconventio  
 restricta est ad solas causas connexas *O. P. S. t. 6. Const. Aug. p. 1. c. 7.*  
*Dn. Carpz. in proc. t. 6. A. 3. n. 28. & p. 1. c. 7. d. 8.* in tantum quidem,  
 ut ejusmodi causæ connexæ non separatim peculiari à Reo li-  
 bello exhibito per modum conventionis tractari possint, sed  
 necessariò judicio reconventionis reservandæ sint, *d. const. 7. ibi:*  
 Und solches auch dahin verstanden werden soll / ob gleich der beklag-  
 te ein sonderlich Klag libel übergeben / und seine Wiederklage un-  
 terschiedlich neben der Klage anstellen wolte / sondern es soll der  
 Kläger / vermöge der Sächs. Rechte dßfals auff die Wiederklage  
 zu antworten nicht schuldig seyn. Quod verò causas separatas  
 attinet, licet reus eas jure civili etiam separatim per modum con-  
 ventionis tractare possit, interdictum tamen ipsi est, tamdiu do-  
 nec liberatus fuerit à petitione actoris *d. Auth. & consequenter C.*  
*de sent. & interl.* Jure tamen *d. const. Sax.* separatim coram judice  
 competente tractari possunt, non expectato fine actionis à pri-  
 ori actore institutæ *v. d. const. in f. Causæ connexæ quæ sint defi-*  
*nitur tum in d. const. tum ap. Zang. de Exe. p. 2. c. 1. n. 374. & n. 387.*  
 scilicet, traditum ibi est, connexas causas esse eas, quarum altera sine  
 altera existere nequit, sive quæ ex eadem specie contractus, vel ex  
 eodem instrumento & fundamento nascuntur, & dependent, ve-  
 luti actiones duplices, directæ & contrariæ, quamvis multi hu-  
 jusce rei determinationem ex arbitrio judicis dependere malint  
*v. Dn. Carpz. ad d. const. d. 12.* Reconventio autem locum non  
 habet 1. in causâ depositi per *l. pen. C. depositi. l. f. C. d. Compens.*  
*c. bona fides extr. depositi;* nisi reconventio non impediat restitu-  
 tionem rei depositæ *Gisebert. c. 13. n. 6. Roland à Vall. l. 1. conf. 17. n. 2.*  
 2. In causâ spoli, quia spoliatus ante omnia restituendus est,  
*can. redintegranda. 22. q. 3. c. ult. extr. de extraord. cogn. can. frequens*  
*de restit. spoliator. in 6.* restituta autem re spoliata, nihil impedit



reconventioem, quæ etiam tum admittitur, quando uterq; de spolio agit, spolio quantumvis non restituto *cap. dilectus. ver. nos autem extr. de ord. cogn. Molognat. de Reconvent. q. 66. 3.* in causâ momentanæ possessionis *per. l. ult. C. de Compens. l. f. C. qui leg. st. pers. in iudicio habent. 4.* In Causis executivis *Cavalcan. p. 1. D. 8. n. 11. 12. 18. & 19.* nisi etiam causa quæ per modum reconventionis proponitur similiter habeat paratam executionem, *Anchoran. L. 2. quest. famil. q. 18. n. 6. Honded. vol. 1. conf. 21. n. 28.* Secus est in foro Sax. *Dn. Carpz. ad d. const. 7. d. 24. 5.* In causâ L. diffamari, quia diffamator est actor, actor vero reconventionem instituire nequit, *Blarer. ad L. diffamari c. 7. n. 10.*

**G.** G. Nova scil. actione institutâ *l. 6. §. ult. vers. quoniam ff. de neg. gest. l. 14. §. f. d. P. V.* non per modum exceptionis, ut visum est *Francisc. Vivio L. 1. dec. 128. n. 3.*

H. *Vid. Lit. D.*

#### Thesis VI.

Juramentum calumniæ **A.** est, quò litigantes **B.** eorumq; Advocati **C.** & procuratores **D.** jurant **E.** se non calumniandi animo, sed fiduciâ bonæ causæ **F.** litem **G.** suscepisse, bonâq; fide esse profecuturos. Estq; duplex, generale & speciale, ita ut illud pro tota causa **H.** hoc vero certis actibus præstetur. **I.**

**A.** A à calvo sive calvor, quod idem ac frustror est, dictum.  
**B.** B. Actor scil. æquè atq; reus *l. 2. pr. §. 4. 6. 7. & auth. principalis C. de jurej. propter calum. cujuscunq; sex9 & dignitatis l. 2. §. 1. C. d. t. O. C. p. 1. t. 25. Vultej. de jud. L. 3. c. 2. n. 49.* etiam clericus *c. 5. ult. extra h. t. Universitas l. 2. §. 5. C. h. Tutores, Curatores, & alii legitimi administratores l. 2. auth. principalis §. 6. h. excipitur tamen Feudi dominus, cui cum Vasallo lis est c. un. §. 1. 2. F. 33. Berl. 1. c. 31. n. 12. Græv. 2. concl. 156.* item parens & patronus *Brunn. d. proc. civ. c. 15. n. 13. Diss. Bachov. 1. 21. Th. 4. L. c. perl. 2. §. 4. C. h. Nov. 49. c. f.*

**C.** C. Ab Advocatis hoc juramentum jure civili in singulis causis exigi posse, communis est *Dd. sententia per l. 2. pr. & §. 4. inf. C. h. §. 1. I. de pœn. tem. litig. l. 14. §. 1. C. de jud. Vult. de jud. 3 c. 2. n. 53.* Et quamvis hoc in desuetudinem abierit teste *Vultejo d. c.*

2. n.



2. n. 58. *Mocv. ad jus Lub. L. 5. t. 2. A. 6 n. 10.* In Camerâ tamen Imperiali per R. I. de Ann. 1654. § Über dieses. ut & in foro Electorali Sax. per dec. Electoral. 70. in usum revocatum est. & in d. dec. quidem 70. vers. im Fall aber. illud additum est, quod si gravatum se sentiat irrogatione hujus juramenti advocatus, liberum esse debeat eidem, provocare ad superiorem judicem, qui factâ relatione ab inferiori judice, & actis diligenter inspectis summariter decernere debeat.

D. c. 6. extr. h. c. 2. §. 1. eod. in 6. R. I. de Ann. 1654. §. 37. O. C. p. 1. t. 65, licet ex officio sint constituti *Bachov. ad Tr. 1. D. 21. Th. 4. L. D. Grav. 1. concl. 88. n. 2.* aut nomine fisci agant *Bachov. d. l.* ut hodie alius fori fisci procuratores ab hoc juramento relevet *Gail. 1. O. 90. n. 4. Myns. 1. O. 74.* In novissimo Imperii Recessu de Ann. 1654. §. Über dieses verordnen wir. etiam excipiuntur Electorum, Principum & Statuum Consiliarii, quando principalium suorum nomine in judicio versantur.

E. Jure civili quidem litigantes ipsimet in propriâ personâ *l. 2. §. 3. 4. C. h. Bach. ad Tr. v. 1. D. 21. Th. 4. lit. D. Grav. 1. concl. 83. n. 1. & 2. Oldecop. de jurej. in alt. anim. n. 301. qv nec jure Canon. hoc mutatum esse censet, quamvis contrarium pleriq; doceant per c. ult. de jurejur. cal. in 6. § 4 extr. eod.* Hodie autem in plurimis locis etiam per procuratores in principalium animas jurantes & speciale mandatum habentes *O. Cam. p. 1. t. 65. R. I. d. Ann. 1654. §. über dieses verordnen wir.* In terris Sax. dispositio Juris civilis obtinet.

F. Quid jurari hoc juramento debeat, complexi sunt veteres notissimis versibus:

*Illud juretur: quod lis sibi justa videtur;*

*Et si quaeretur, verum non inficietur;*

*Nil promittetur, nec falsa probatio detur.*

*Vt lis tardetur, dilatio nulla petatur.*

*jung. R. I. d. Ann. 1654. § Dec. El. 70.*

G. Litem aut causam intelligere debes regulariter omnem *l. 2. pr. C. h. Nov. 49. c. 3. Feudalem Vult. de feud. c. 3. n. 8. matrimonialem Berl. 1. c. 31. n. 7. Spiritualem c. 1. §. f. h. t. in 6. qvo corrigitur cap. 2. x. eod. Bach. d. Th. 4. L. b. etiam Criminalem Berl. d. l. n.*



27. Illud quoque nihil refert, siue causæ agantur in ordinario siue in  
summario processu *Berl. d. l. n. 8.* siue in primâ, siue in secundâ  
instantiâ *Berl. d. l. n. 26.*

H. Et præstari hoc debet post litis contestationem *l. 2. pr. §.*  
*ult. C. h. t. Nov. 49. c. ult.* quocumque tempore petitum aut ex offi-  
cio à iudice injunctum fuerit, licet jam conclusum in causa fuerit *R.*  
*I. de Ann. 1654. d. 9. über dieses.* In foro Sax. hoc iuramentum gene-  
rale regulariter locum non invenit, v. *Beust. ad. Rubr. de iure-*  
*jur. n. 181.*

I. Quacumque in parte iudicii versetur, hocque fora nostra  
etiamnum frequentant *O. P. d. l. vid. d. Dec. El. 70.*

### Thesis VII.

Contumaciæ accusatio est actus judicialis, quo  
alterutra pars litigantium, tanquam contumacem alte-  
ram penes iudicem defert A. eidemque poenam legibus  
definitam infligi petit. B.

A. A. Contumacia enim contumaci perniciosa non est, nisi de-  
bitè inculcata, & poena desuper infligi petitum fuerit.

B. B. Poena contumaciæ, eadem in actibus judicialibus omnibus  
non est, Qualis autem ubique sit, suo loco dictum jam est & dicetur.

### Thesis VIII.

De interrogationibus, quas & ipsas ad actus pro-  
cessuales eos retulimus, qui mixti sunt, cum hodie mo-  
ribus nostris usus earum fere non sit, nihil hic attinet dice-  
re, sed præstat B. Lectorem ad commentatores tit.

ff. de interrog. in jur. fac. remittere.









Ac. 1884 Ok

m.c





Die 173.

DISPU

UNIV

JUDICI

-NE

ACT, PROCES

PER M

D. JAC

SOLEM

JOHANN

AD.D.XX



*Ve*  
1881

LS

U-

NENS

IO,

üller/

*Schulbauhan*

BIELIOTHEK

52.

